

Pri. 11. Pum. 25.

74
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

VSV IVRIS INCOLATVS

E T

L. VNIC. C. NON LICERE HABITATORIBVS
METROCOMIAE LOCA SVA AD EXTRANEVM
TRANSFERRE

I N S A X O N I A

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.

SOCIQ

DIE XVII. IVL. ANNO CICIOCCCLXVI.

I N AVDITORIO PETRINO

PVBLINE DEFENDET

AVTOR ET RESPONDENS


IOANNES FRIDERICVS LANDSBERGER

D R E S D E N .

L I P S I A E
LITTERIS VIDVÆ LANGENHEMIAE.



Dissertatio varia
de
ASA IARIS INCOLATAS
L ANC C NON PIGER HUIC STATIONIB
MELBOOMAE JOCA SVA DE EXTRAVAGIA
T RIBESERRA
IN SAXONIA
644
WITZELIS ICOTKUM ORDINES GRATA
P R VESIDE
D CHRISTIANO HENR BRENNING
HOLZSCHEID TAVIC ordinariar nat et cent
ET SOCIETATI FESTA DEDICATA
20010
DIE XVL TUL VNG CIVICCCXII
IN AUDITORIO PETRINO
PLATINA DELEZENS
VATOR ET RENTONENS
GUNNES FREDERICAS FUNDATRICI
DAGSBERG
LIPSIAE
LITTERIS ADEVA IN NOVEMBRE MDCCLXVII





affra regia co muni in quatuor iuris iuris
et ceterorum capitulo et quatuor iuris iuris
et ceterorum capitulo et quatuor iuris iuris
et ceterorum capitulo et quatuor iuris iuris

D.E.I. M.D.LXII. F. L. C. E. S. V.

VSV IVRIS INCOLATVS.

lum regiam non obstat sed nullum datur

E T

L. VNIC. C. NON LICERE HABITATO-
RIBVS MÉTRÓCOMIAE LÓCA SVA AD
EXTRANIUM TRANSFERRE
IN SAXONIA.

CAP. I.
Equidem si ex eo, quod vniuersalis iuris est,
iudicandum erit; sane cuiuis, nisi ma-
nifesto in detrimentum consociationis
ciuilis vergeret, liberum erit, ei qui optimas offert
conditiones suas vendere possessiones. Nec quid-
quam intererit, an ciuiis sit, nec ne: quippe emendo
possessiones absque dubio ciuilis societas socius fiet,

A

si



si forsan antea talis non fuisset. Non quaero, an e-
republica sit, excludere alienigenos et peregrinos ab
emtione possessionum in ciuitate, cum plerumque
principum non ultima cura sit, augendi ciuium nume-
rum atque subditorum, quippe vel ad potentiam, vel
ad redditum auctionum causam multum confert aucta
illa copia membrorum populi. Imo qui politices re-
gulas tradunt, multum suadent principi extraneos in
suas allicerent proximias, ut ibi sedes suarum fortissimarum
ponant. Bene hoc, dummodo non negligant simul
consilia, ut quaerendi victus media adsint. Quid enim
prodesset, copiam hominum subiictere imperio suo, qui
quod desint alendi media, vel nouo quodam onere a
populo alendi essent, vel iis fame dein pereundum fo-
ret. Neutro vero themate iniuste ager, maiestas, qui
vel admittet extraneos ad suam gentem vel non admit-
tat, pro ut ipsi videbitur esse proficuum fini suae gen-
tis. Haec enim primaria maiestatis cura erit, promo-
uere finem ciuitatis, imo non ciuitatis solum, sed et sin-
gulorum membrorum, qui mihi non videntur ideo se
submisere imperio, ut, qui suam suorumque bonorum
simul defensionem appetebant consentiendo in impe-
rium, tyranno diripienda expilandaque bona, seque
spolienda traderent. Recte praeterea philosophatur

HE V-

HEVMANNVS^{a)}) Quid, inquit, tam populare,
 quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum
 etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi vi-
 demus. Quare societate civili nemo se iunctum putat,
 ut libertate, qua nihil dulcius, nihil genere nostro di-
 gnius, spolietur, sed ut eadem minus perturbate
 fruatur. Princeps ergo peregrinos allicet, maxime si
 imperium philanthropia ita temperet, ut sua cuiusque
 libertas satis recta videatur. Non improbanda vero
 videntur consilia eorum, qui saluis ciuium iuribus ci-
 uiuum multitudinem praecipue talium augere student in
 republica, quamquam maiestas ea negligens, nunquam
 iniustitiae accusari poterit. Damnanda vero magis ea
 consilia, quae ad minuendum ciuium numerum compa-
 rata. Agit enim manifesto maiestas contra communes
 ciuitatis fines, et vix ea consilia cogitabuntur, quia con-
 ciuium emigrantium aut expulsorum laesionibus in suis
 iuribus perfectis coniuncta. Nunquam videntur pro-
 banda studia LUDOVICI XIV. Regis Galliae, cum
 ea consilia sequeretur, ut sic dictos reformatos, vel ex
 suis prouinciis pelleret, vel varia violentia efficeret, ut
 vel sponte vel clam abirent, seque in damnum patriae

A. 2.

a) HEVMANNVS in Initio Iur. Politiae Cap. VIII. §. 49.



in alias provincias, quarum vel mediate vel immediate potentiam augebant, conferrent. Quis probet consilia maiestatis, quae omnia omnino studia eo intendit, ut subditorum omnia ad se rapiat bona, eosque ad egestatem perducat, quo perficitur, ut dein membra fiant ciuitatis parum vtilia, vel egestate sua, non obstante omni prohibitione, eo perducantur, ut patria migrant sibi que meliores sedes quaerant, in quibus tutius et iusta libertate et suis bonis frui queant. Sed haec obiter. Cum ergo non improbandum sit, peregrinis incolatum concedere, qui in ciuitatem cupiunt recipi, imo receptio eorum ex vtilitatis ratione neganda non sit; consequi poterit non cohibendos eos fore a possessionum coemtione! At vero haec ex vtilitatis ratione, et cum iustitia praeferenda semper videatur vtili, possunt leges interdum ciuiles ex specialibus rationibus et incertis thematibus vel emtionem peregrinis possessionum negare, vel ciues emturos peregrinis anteferre. Non caperent paginae hae vberiorem tractacionem huius causae, saltem causam unam eamque in foro agitatam tractabimus, simulque argumenta vel ex Romano iure, quibus usus ipsem acto, vel ex patro, examinabimus, relata demum ipsa causa additisque iudicatis.

CAP.



5

C O M M E N T A R Y C A P T U R A V I C A R I O

Cuius alterius loci in alio pago fundum emtiro, pagi incola praeserri cupiens prouocat ad beneficium iuris Romani, quod latet in *L. vnic.* *C.* non licere habitat. metrocomiae etc. Antequam ergo ipsam litem examinemus, necesse videbitur, huius legis argumentum peruidere. Adscribamus legem.

Imp. LEO ET DANTHEMIVS. A. A. Nicostrato
P. P. In illis, quae metrocomiae communi vocabulo nun-
cupantur, hoc adiiciendum necessario nostra putavit hu-
manitas, ut nulli extraneo illic quoquonodo possidendi
licentia tribuatur; sed si quis ex iisdem vicariis loca
sui iuris alienare voluerit, non licere ei, nisi ad habita-
torem adscriptum eiusdem metrocomiae, per qualem cun-
que contractum terrarum suarum dominium possessionem
que transferre: sciente persona extranea; quod si con-
tra vetitum, se huic negotio immiscere, vel illic possidere
tentauerit: quicunque contractus initus fuerit, carebit
effectu: et contractu soluto, si quid praeslitutum est, hoc
tantum reddetur. Dat. Kal. Septembr. Anthemio
A. II. Cos. b) libri non posse ibi nolle te aliis monitionis
Non moramur, quod alii pro vicariis legant vicarij
forsitan absque necessitate, autore FESTO^{b)} ad quem

A. 3

pro-

b) FESTVS in vob. vici.



prouocat CVIACIVS ^{c)} utraeque voces a vico
commodè deduci possunt, non negato hòc, quod sa-
tis modesta crisis esset, si vicarios in vicanos mu-
temus.

Caeterum legis argumentum facile intellectu est,
quippe continet prohibitionem, ne possessiones me-
trocomiarum ad extraneos vlla alienatione veniant.
Negat vicanis metrocomiarum liberam alienationem
possessionum, et tantum permittit, vt habitatoribus ad-
scriptis metrocomiae interueniente alienatione veniant.
Praeterea, si de facto possessio quaedam alienata ad
extraneum non habitatorem metrocomiae yenerit, non
tantum omnem alienationi vim negat, contractum at-
que conventionem desuper factam nullam declarat,
et vt si quid solutum pernumeratumque sit pretii, id
reddere iubet, neque praeter praestitum ex conuen-
tione quidquam permittit a vicano alienante exigere,
vtpote, id quod interest, emtionem non persistere,
quod notat verbum *tantum*, cuius in eo quaerenda
iuris ratio, quod cum per legem generalem seu consti-
tutionem illa et alienandi et acquirendi licentia adem-
ta, sibi non vicanus imputare debeat, quod contraxi-
set

^{c)} CVIACIVS ad Libr. III. post C. h. t.

¶

set de re aliqua, cuius ipsi commercium interdictum fuerat lege publica.
¶ Omnis ergo quaestio contendit, quae sunt Metrocomiae. Non placent, quae placuerant ACCVR-
SIO, qui metrocomias per metoecias explicat, id est
eas possessiones, quae iussu Principis metoecis id est
peregrinis transmigratoribus distributae sunt a mensu-
ra et villa, sumta denominatione quasi mensa villa.
Fuere autem metrocomiae quasi matres vicorum ali-
cuius districtus, seu ciuitatis, unde et nomen obtinue-
re, sicut metropoles quasi matres viuis prouinciae di-
ctae. Habuere hae metrocomiae suam curiam suo-
que curiales, ut ex SALVIANO ^{d)} monet Iac.
GOTHOFREDVS ^{e)} qui et ex VLPIANO ^{f)}
probare suscipit magistros literarum in metrocomiis
fuisse. Quamvis vero non negauero forsitan et in
metrocomiis literas primas a magistris pueros vica-
nos edocitos fuisse, tamen an vici, quorum mentio-
nem facit VLPIANVS, fuere metrocomiae, defende-
re non ausim, cum nullo idoneo fundamento probari
possit.

d) SALVIANVS de Gabernat. Dei. L. V.

e) Iac. GOTHOFREDVS in Comment. ad Cod. THEO-
DOS, ad L. 6. de Patroc. vicor.

f) VLPIANVS in L. 2. §. vlt. ff. de vac. maner.



possit, VILPIANI aetate metrocomiarum iura iam constituta fuisse. Ita dubitari posset, an ad stipulandum esset sententiae *Franc de AMAYA*^{g)} qui apud MODESTINVM^{h)} quum scriberet: *αἱ μὲν ἐλάτῃοι πόλεις δύνανται πέντε λαργοὺς ὅπελεῖς ἔχειν, καὶ τρεῖς σοφίστας καὶ γραμματίους τοὺς ἰσους;* Metrocomias subintelligendas, nec alias minores urbes esse, quam metrocomias, quamvis forsan temporum ratio non admodum repugnaret.

Si originem Metrocomiarum respiciamus, liquido vix quidquam dici poterit. Sane, si quae ALCIATVSⁱ⁾ in mentem venerunt, vera essent, qui putat Marcum Evangelistam in Evangelio comopoles appellasse metrocomias, sine dubio ad Augusti aetatem referendum esset metrocomiarum primum institutum. Sed in hac sententia difficultatem peperit, quod nec nominis, nec instituti ratio in iis temporibus occurrat. Si enim metrocomiarum usum examinamus, absque dubio, tributorum exactiōnumque modus primam continuit causam, scilicet ut per metrocomias capitatio-

g) de AMAYA Comment. ad Libros poster. Codic. L. X. Tit. XXXII. n. 21.

h) MODESTINVS in L. 6. §. 2. π. de Excus. tut.

i) ALCIATVS in annot. ad Cod. L. XI. Tit. LVI. Opp. T. III. p. 501.

tationes colligerentur, ex reliquis pagis, quorum quasi matres erant. Et si quid coniectrae dandum, vel sub Diocletiani et Maximiani aetate metrocomiarum pri-
mum institutum originem cepit, sub quibus nimiae
tributorum inductiones factae et prouinciarum in mi-
nores prouincias partitiones susceptae, vt docuit **B A-
C H I V S**, ^{k)} quae partitiones sine dubio tributorum
exigendorum causa susceptae videntur, vt hinc ali-
quid probabilitatis capiat coniectura nostra, metroco-
miarum iura eo tempore simul orta fuisse. Addo,
cum decurionum in municipiis primaria fuerit cura, vt
Guido P A N C I O R L L V S ^{l)} monuit, exigendi tributa,
supra vero a nobis probatum sit, metrocomias suas ha-
buisse curias, sivecuriones, probabile est per me-
trocomias a reliquis pagis factas esse exactiones tribu-
torum et capitacionum, quas metrocomiarum insti-
tuendarum primam dedimus causam. Caeterum dis-
sentient, qui de metrocomiarum iuribus differunt au-
tores, qui mox immunitatem tribuunt vicanis a capi-
tatione inter quos est **A L C I A T V S** ^{m)} et **C V I A-**
V I V S

k) **B A C H I V S** in *Histor. Iur. Lib. II. Cap. II. Sed. I. §. 25*

l) *Guid. P A N C I O R L L V S de Magistrat. municipalibus Cap. X.*

m) **A L C I A T V S** cit. loc.



CIVSⁿ⁾ nulla addita tamen probatione alia, quam quod minorum urbium iuribus fuerentur. Contra Franc ab AMAYA^{o)} a vicaneis capitationes praefitas fuisse adserit, ob id, quod terris adscripti fuerint. Nec tuto decidi potest in hac quaestione valde ambigua. Beneficium enim quod CONSTANTINVS^{p)} generale fecit ciuibus, dat immunitatem a capitationibus, et valde dubito an sub ciuibus vicanei proprio nomine appellati subintelligi possint. Nec Lex ZENONIS^{q)} quidquam probabit, quae potius capitationi subiectos fuisse coniiciendi causam habebit. Ita enim sancitum: *Graue est non solum legibus, verum etiam aequitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari; idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.* Inde sane nulla immunitas. Sed iam satis de metrocomiis, quantum ad rem praesentem. Videlicet, vicaniis haud licuisse praedia sua libere cuiquam vendere, sed solis conuicanis tantum: nec his ius quoddam protimiscos tantum concessum aut retractus; sed

ad

n) CVIACIVS ad L. X. Cod. Tit. de exact. tribut. ad Leg. 8.

o) Franc. ab AMAYA cit. loc.

p) CONSTANTINVS in L. vn. C. de Capitation, civium censibus eximenda.

q) ZENO L. vnic. C. vt null. ex vicaneis pro alienis.



ad extraneum factam alienationem nullam fuisse.
Videamus, an conueniat cum retractu germanorum
ex iure incolatus.

CAP. III.

In instituenda comparatione aliqua iuris Romani in
beneficiis metrocomiarum cum iure retractus ex in-
colatu, nobis sermo non est de iure illo incolatus,
quo idem denotatur, quod alias indigenatus denotat,
nec de eo incolarum iure, quo vtuntur, qui toleran-
tiae et tuitionis iure fruuntur in vrbe aliqua, qui ta-
men ciuium iura non obtinuere. Magis hoc subintel-
ligimus ius, quo incolis alicuius loci certa iura atque
beneficia competit, ad quae nemo admitti potest,
quam qui in eo loco possessiones habent. Inter ea iu-
ra referri solet, vt ad emtiones fundorum in illo distri-
ctu, in quo incolis haec beneficia constituta sunt, ex-
tranei prius non admittantur, quam si ex incolis ne-
mo sit, qui fundum sibi acquirere, pretioque soluto
habere cupiat. Venit inde aliud per consequentiam
beneficium, *retractus scilicet ex iure incolatus*, quam
illustrauit EISENHART ^{r)}, vi cuius singulis incolis

r) EISENHART, diff. de *retractu territoriali*. *Märk-*
Lösung.



liberum est, fundum extraneo venditum retrahere atque ab extraneo repetere, restituto ipsi, quod soluerat pretio. Neque minus necesse erit, si fundus emtori extraneo quidem traditus, vendor vero certas simul in soluendo pretio conditions emtori illo imposuerit implendas, ut retrahens sine dubio easdem impletat exacte conditions, quibus non impletis retractui locus concedendus non est. Inde recte iudicasse videtur
ENGAVIUS ^{s)} retrahentem *distinctis temporibus* auf Tage, Zeiten pretium soluere promittentem, quod promte in summa extraneus emtor soluturus erat, audiendum non esse. Facile patet differentia, quae in iure protimiseos venit, ab ipso retractu. Protimiseos ius proprie inuoluit obligationem vendoris fundum vendendum offerre ei, cui protimisis competit, quod ni fecerit, ius dat agendi contra eum, qui obligationi non fecerat satis, nec concedit rescindendi proprie facultatem, re uendida et tradita, quippe emtor ille nullo tenebatur iure, nec ei, quod vendor, cui offerendi conditio imposita erat intermissa oblatione conditio haud paruerat, quidquam propterea imputari poterat, vt ob inde dominium tradita re non acquisiuisset,

^{s)} **ENGAVIUS** *ELEM. IUR. GERM.* Lib. III. TIT. VIII. SECT. III.
 §. 97.

3

set, cui quippe nulla lex fundi acquisitionem inter dixerat. At *retractus ius* in se continet vim rescindendi contractum inter emtorem venditoremque initum, si idem praestare velit retrahens, quod praestiterat, vel praestare promiserat emtor, nisi plane alienandi ius lege interdictum fuerat venditori, iure in ipsa re succedendi aliquando concessio. Neque vero offerendi quae-dam necessitas venditori imposita est, satis erit si palam vendiderat, ut quiuis, cui in fundo vendito ius esset retrahendi, scire posset, vel vendi, vel iam venditum esse fundum.

His omnibus accurate perspectis, nihil facilius est, quam determinare, in quo metrocomiarum iura differant ab eo iure, quod incolatus tribuit. Nam in metrocomiis vicanis lege plane ius ademtum erat, vendere fundum vel possessionem suam extraneo non vicano. At in iure incolatus contraria obtinebat sententia ex parte. Nam possunt praedia illius territorii vendi etiam extraneis, si nemo ex incolis adsit, qui illa emere velit. Dein in possessionibus metrocomiarum id obseruabatur, et contractus ipsa lege et iure nullus est, cum contra solo retractu interueniente emtor non incola cogebatur recedere a contractu, atque retrahenti pretium restituenti possessionem concedere recepto



quod dederat. Quapropter, si nemo esset, qui retractus ius ex incolatu exerceret, dubium non videbatur, saluum manere contractum. Evidem, ut mihi videtur, LEYSERVS^{t)} confundit quodammodo ius retractus ex incolatu cum lege illa de iuribus metrocomiarum. Cum enim Med. IV. retractus incolatus mentionem fecisset, Med. V. sic pergit: *Retractus huius aliquid vestigium in iure Romano, scil. in L. vn. C. non licere habitat metrocom. occurrit.* At ex supra deducatis facillime patet, plane aliam metrocomiarum rationem fuisse, atque incolatus hodierni. Accedit praeterea omnem metrocomiarum iuris dispositionem fisci ergo datam fuisse, ne videlicet ei fraus fieret, notante et Franc de AMAYA^{v)} et ALCIATO^{x)}, quis vero adserat hanc quoque iuris incolatus seu iuris ex incolatu retractus introduci primam fuisse causam?

CAP. IV.

Quo certiora haec sunt, quae diximus de discriminis inter metrocomiarum iura et retractum ex incolatu: eo facilius iam decidendum erit de vtriusque iuris hodie-

^{t)} LEYSER in Medit. ad Pand. Spec. CXCVI. med. V. Vol. III. p. 495.

^{v)} Franc. de AMAYA cit. loc.

^{x)} ALCIATVS cit. loc.



hodierno in Germania aequa ac in Saxonia vsu. Primum de metrocomiis. Non quidem negari potest, *Ius Romanum* in Germaniae foris receptum et vsu pariter atque legibus comprobatum esse: neque huius Iuris et elegantiis et praestantia quidquam detrahatur. At ea ipsa receptio non tanta est, ut singularum veteris illius iuris capitum plenaria applicatio sit, sed subsidiaria tantum, saluis legibus moribusque et institutorum priorum rationibus et in subsidium tantum seruatis semper Romani iuris rationibus et causis. Hinc si dicenda veritas, proh dolor! quot fragmenta Iuris-consultorum veterum repugnantibus et priorum institutorum rationibus et ipsius iuris romani circumpositis causis applicantur, quae si recte interpretarentur, nunquam adplicari posse viderentur. Quot Constitutiones, quot Rescripta Imperatorum Romanorum contra et politiam nostrorum imperiorum et rationes suorum autorum tyrannus vsus fori ad causas nostras decidendas adhibuit, imo adhuc interdum adhibet, quia sic iubet obseruantia, ne ab auorum nostrorum insipientia recedamus. Sane ita est, si de vsu legis nostrae de metrocomiis quaeras. Recte quidem LEYSER^{y)} legi negat usum eius in Germania, nec tamen desunt, qui in-

cola-

y) LEYSER cit. loc.



colatus iura et illius retractum ex hac ipsa lege probant,
et lites motas decidunt. Neque ipse BERGERVS²⁾
vsum negat, sed ita loquitur de metrocomiarum iuri-
bus, vt credas, vtique cuncta legis verba in viridi vt
yocant esse obseruantia. Dabit in hanc causam plura
et BRUNNEMANN²⁾ et RICHTERVS^{b)} et Er-
hard REVSCH^{c)} quae non examinabo cuncta. Si
quae supra monuimus de ipsis metrocomiis ad nostro-
rum et temporum et regiminum instituta applicamus,
facillime patet, omnem repugnare Romani iuris ratio-
nem applicationi d; L. Nolle cum hodiernis praefe-
cturis comparare metrocomias, quarum plane diuer-
sissima est ratio cum metrocomiis romanis: Praefectu-
rarum nostrarum ratio quidem simul ad aerarii causas et
fisci ex aliqua parte spectat, sed praecipue iurisdictionis
ratio in iis obuenit. At in metrocomiis id non obser-
natur. Hinc arbitror, cum metrocomiarum plane di-
uersum sit institutum, nec apud nos moris, vt numero
pagorum unus tanquam primus praepositus sit quasi ma-
ter, quae ob inde diuersis imo praecipuis fruatur iuri-
bus

2) BERGER in Oeconom. Iur. Lib. III. Tit. V. §.ii. n.3.

a) BRUNNEMAN ad L. vn. C. non lic. habit. metro.

b) RICHTER Part. II. dec. 76.

c) Erhard REVSCH, diss. ad L. vn. C. non licere habit. METRO-
COM. Erf. 1715,

bus, nunquam adseri posse, *L. vnic. all.* vsum in foris
esse posse, salua iuris alias Romani receptione. Multo
vero absurdior esset vtilis huius *L.* applicatio ad retrac-
tum ex iure incolatus. Evidem ob similitudinem
interdum recentiores ICti leges applicauerunt in con-
trouersis thematibus; sed sane oblii fuere illius philo-
sophici canonis: *omne simile esse in se dissimile.* Largiar
interim, aliquam esse inter metrocomiarum et retractus
ex incolatu iuribus similitudinem et forsitan talem, quae
inter hominem et simiam intercedere solet; at quae erit
consecutio? Forsan ob similitudinem rei ad iuris ap-
plicationem concludamus? Profecto idem esset, si a
simili concluderes ad idem: i. e. quia ius metrocomiarum
iuri retractus ex incolatu quodammodo simile est, ergo
in retractu ex incolatu applicanda *lex vnic. C. non lice-*
re habitat. metrocom. Hinc optime negavit Illustris
Facultas Iuridica Lips. in re iudicata, quam infra com-
municabimus, legi omnem vsum. At iam de incolatu
quid sentiendum? Non negandum est, esse retractum
ex incolatu inuentum iuris Germanici, hinc inde de-
prehendi vsum illius in foro, interdum adeo Legibus
comprobari. Ita sane in causa, quam deinceps narrabi-
mus, decisam, extat **R E S C R I P T V M** Principis
S C H W A R Z B U R G E N S I S, qui incolis sui Principa-

C

tus



tus, non ex rationibus metrocomiarum, sed ne agro-
rum iura et fines turbentur, concedit. Ut melius
haec intelligantur, verba R E S C R I P T I dabimus.

Von Gottes Gnaden Wir Friedrich, Fürst zu
Schwarzburg, ic. ic. Fügen hiermit unsern Vasal-
len, Amtleuthen, Dörthen und Städten und sonst ieder-
männiglichen zu wissen, daß, nachdem wir in Erfah-
rung gekommen, wie in unsern Fürstlichen Landen bis-
hero ohne Unterscheid gestattet worden, daß benachbar-
te Fremde und außer der Herrschaft wohnende Unter-
thanen in Dörffern und Städten von unsern Unter-
thanen einzelne und ledige Stücke Feld an sich bringen,
solche von Haus aus begatten, verfolglich dieselben
nach und nach zu ihren Güthern schlagen, und derglei-
chen Felder wohl gar unter selbigen mit im Anschlag
bringen und mit veräußern, wodurch denn biszanhoro
geschehen, daß die Fluhren zerrißen, wegen ihrer
Sünde, Steuren, Folge, Eingvoartirungen und bey
entstandenen Gerichts-Fällen Iurisdictions-Irrungen
erreget, und dahero unsre Cammer, nicht weniger
unsern Iuribus großer Abbruch gethan, die Untertha-
nen aber in nicht weniger Streitigkeiten gesetzet wor-
den, wir vor nothig gefunden zu verfügen, daß zu
fördert vor die Ergänzung der Fluhren in Zukunft
besondere Vorsorge getragen und alle Bemühung dar-

zu



zu angewendet werde, dieselben in ihrer Dichtigkeit zu erhalten, gehörig zu verheinen und zu versteinen, die Fluhr und Lager Bücher zu erneuern, wo dergleichen nicht sind, solche zu fertigen, wie denn ferner bey deren Beziehung Protocolla zu führen und an einen fremden und benachbarten aus den Fluhren weder einzelne Stücke, noch ein ganzes Guth, wenn er nicht sein eigen Feuer, Herd und Wohnung in unsern Fürstl. Landen hat, zu veräußern, und dadurch alle obgedachte Ungelegenheiten, Schäden und Nachtheile zu vermeiden. Wir gebiethen daher allen unsren Vasallen, Amtleuthen und Stadt Ratthen, sich hernach zu achten und keinerley Veräußerungen an Fremde und Auswärtige zu gestatten, am wenigsten aber dieselbe durch ihre Bestättigung genehm zu halten, vielmehr, wenn Ihnen dergleichen Fälle vorkommen sollten, solche so fort zu cassiren und aufzuheben. Es wird daher ein ieder sich darnach zu achten wissen, und dergleichen und andere unangenehme Folgen zu vermeiden suchen. Uthkundlich unter unserer eigenhändigen Unterschrift und vor gedruckten Fürstl. Insigel. So geschehen. Rudelsstadt den 30. Nov. 1751.

(L. S.) Johann Friedrich
Fürst zu Schwarzburg.

C 2, 100000 Nol-



Nollem vero retractum incolatus tanquam ius aliquod oecumenicum habere in Germania, quare rectius E N G A V I V S ^{d)} aliique afferunt, probandum esse illius vsum ab affirmante, scilicet eo themate, si particulari aliqua lege receptus non est. Sed fateor me ignorare quae M E N C K E N I O ^{e)} in animo federunt, cum scriberet: *Ius retractus Legale conceditur ob vicinitatem vicino, qui extraneo in emitione potior est. s. f. 14.* Hoc non obtinet, nisi in iis locis, in quibus specialiter receptum est. L. 14. C. b. j. L. vnic. C. non lic. habit Metrocom. loc. sua. ad extran transfer. Milki videtur confusisse ius vicinitatis cum iure retractus ex incolatu. Imo obseruo inter eos esse M E N C K E N I V M, qui nostrae L. vnic. all. hodiernum vsum et ad nostras causas applicationem non omnino denegant, quamuis male. Vix ergo afferi poterit, incolatum in Saxonia vnu receptum comprobatumque esse generaliter, lex enim generalis aliqua non extat, quae vsum comprobaret. Nam quamuis forsan ex C O N S T I T. E L E C T O R. ^{f)} videri posset in verbis; Wo aus Statuten oder verwahrter Gewohnheit herbracht, das Freunden, oder jemand anders

d) ENGAVIVS in Elem. I. G.

e) MENCKEN in Theor. et Prax. Prandef. L. XVIII. Tit. I. §. XL

f) C O N S T I T. E L E C T. P. II. XXXII.



anders der Verkauff zustehet ic, latere simul retractum ex incolatus iure, quod quidem negare omnino non ausim, tamen ex ipsa Saxonia non de constituen-
do confirmandoque retractu ex incolatu loquimur, sed posito, quod vel statuto, vel alicuius loci consuetudine receptus sit, quo tempore retrahens suo vti queat iure, disponit. Recte ergo, si quis, vbi Statutum nihil de incolatu continet, eo vti velit innixus consuetudine, probare eandem debet, nisi iam, pro vt debebat, satis probata sit.

CAP. V.

Probauiimus haec tenus nec L. vnic. Cod. non licere habitatoribus metrocomiae etc. nec retractum ex incolatu in Saxonia receptum esse, nisi forsitan vel specialissima lex, aut Statutum, aut consuetudo retractum comprobet. Iam causam iudicatam dabimus hanc nostram opinionem confirmantem. Species facti haec est. Ciuis Heringensis oppidi in Thuringia. Z. C. B. emit a Z. A. N. et Z. C. R. agri partem in districtu pagi Hamma soluto pretio CXL. florenorum, perfectaque emtione et venditione contractum Praefecturae Heringensi confirmandum offerunt partes: nec fuit causa, cur confirmatio negaretur. Paucis diebus post incola



pagi Hamma I. P. N. accedit ad praefecturam mox nominatam, simulque petit interposita protestatione, ne emtori documenta super emtionis confirmatione confecta extradantur, addita hac causa, quod inhabitatoribus pagi Hamma retractus competenteret, quem exercere veleret. Et cum nulla ratione ad desistendum ab animi sui proposito persuaderi posset, neque emtor agri sponte agrum ei cedere veleret, prouocat ille ad regimen ducale Frankenhusanum, a quo appellatio quidem reliiciebatur, ea tamen apposita cautione: Daferne N. auf seinen Gesuch beharren sollte, ihm rechtlich zu hñren, und die Sache entweder zu entscheiden; oder die acta nach rechtl. Erkenntniß zu senden. Qua de causa libellum iudici offert, cuius fundamentum partim in nostra exposita L. vnic. partim in Rescripto supra adscripto, alioque a Regimine Frankenhusano eiusdem tenoris, positum erat. Excipiebat contra reus emtor ille agri, quo facto, causa conclusa, pronuntiauit Illustris Facult. Iuridic. Lipsiens. in hunc modum:

Daß Klägers Suchen nicht statt hat, er ist auch die dießfalls verursachten Unkosten, davon die fol. 83.^b angegebenen Extrajudiciales auf 7 Thl. 16 gr. gemäßiget worden, Bekl. zu erstatten schuldig. Die fol. 89. liquidirten Gerichts-Gebühren,

bühren, sub N. 1. und 2. passiren ohne Abgang.

B. R. W.

Rationes decidendi quibus moti Sententionantes his
continebantur verbis: Obwohl Kläger sein geflagtes
Vorlauffs Recht auf den L. vn. C. non licere habitat.
metrocom. loca sua ad extraneum transferre gründet,
nach welchen bey denen Römern in Haupt-Dörffern
nicht erlaubet die Grund-Stücken an fremde, so da-
selbst nicht wohnen zu verkauffen, sondern befehlen,
dass selbige an Einwohner derselben Dorffes veräußert
werden, folglich Beklagten, da er kein Einwohner
in Hamma, sondern ein Bürger in der Stadt Herin-
gen sey, das $\frac{1}{4}$ Landes in besagten Dorffe Hamma
nicht kauffen können, sondern Klägern als einen
würcklichen Bauer und Einwohner in Hamma, als
Vicaneo ex Iure incolatus das Ius primis eos gebühre,
um so viel mehr scheinen will, da eines Theils das
Fürstl. Schwarzbburg. unter den 30. Nov. 1737. er-
gangene Rescript fol. 9. sequ. an einen frembden und
benachbarten aus der Fluhre weder einzelne Stücke,
noch ein ganzes Guth, wenn er nicht sein eigen Heerd
und Wohnung in denen Schwarzburg. Landen hat,
zu veräußern, ausdrücklich untersaget, indem dadurch
die Fluhren zerrissen, wegen ihrer Zinsen, Steuern,
Folge, Einquartierung und bey entstehenden Gerichts-
fällen, Jurisdicitions-Zerrungen erreget werden, die-
sem

◆ ◆ ◆

sem nach, daß Beklagter die libellirte Länderey, so nach des Steuer - Einnehmers Arrestat fol. 32. in der Hammischen Fluhr und Lager Büchern geführet wird, gegen den wahren Kauf - Schilling Klägern abzutreten und demselben die Proceß - Kosten wieder zu erstatten schuldig sey, es das Ansehen gewinnet.

Dennoch aber und dieweil Klägers angegebenes Fundamentum agendi denen Rechten zu wieder, gesäßtten so viel den angezogenen L. vn. C. non licere. anbelanget, auf unsre heutigen Dörfer, darinnen keines vor dem andern einen vorgestalltigen Vorzug hat, daß eines als das Haupt - Dorf, so das Wort Metrocomia bedeutet, zu betrachten, nicht applicable, wenigstens von Klägern, daß das Dorff Hamma dergleichen Praerogativen habe, nicht angeführt, noch bengbracht, hiernächst das Schwarzbürg. Rescript von fremden, so außer denen Fürstlichen Landen wohnen zu verstehen, folglich auf Beklagten, so in der Stadt Heringen fol. 4.^b et fol. 26. sein domicilium und als Bürger sein Feuer und Heerd hat, um so weniger zu ziehen, ie mehr das Dorff Hamma unter die Heringische Amts - Jurisdicctions gehöret, und die in dem Rescripto angezogenen Inconuenienzen durch Bestellung eines Lehnträgers gehoben werden könne, bevor ab sec. fol. 26.^b die Frohndienste daselbst nicht nach der Hufen Zahl, sondern nach denen Pferden in der commun

commun praestiret werden, zu geschweigen, daß Klägers Vorfahren bereits mit ihren praetendirten Vorlauffs-Rechte in den fol. 12. bestindlichen Reuers de Anno 1654. (quem in fine adiiciamus) abgewiesen, und daß Ihnen solches in keinen andern, als in denen Heringischen Statuten Act. 20. L. 2. fol. 56. fest gesetzten 2 fällen, der Bluts-Freundschaft bis in den zten Grad und der Furchen Gesellschaft zu kommen solle, ausgemacht, folglich das Nähergestungs Recht ex iure incolatus nicht approbiret worden, wieder dessen Gültigkeit die von Klägern gemachten Einwendungen von keiner Erheblichkeit seyn, gestallten die Legalitate der Errichtung besagten Recelles aus den Inhalt desselben in continentii sich veroffentahret, worzu noch kommt, daß das Ius retractus in Anschein es die Freyheit derer Commercien und gerichtlichen Handlungen stöhret, als ein Odiosum mehr eingeschränket, als erweitert zu werden pfirget, zu mahlen nicht außer Augen zu setzen, daß nach Maßgebung fol. 26. et 55. und Recelles et Anno 1654. fol. 52. obseruantiae loci, daß Heringische Bürger in dem Dorffe Hamma und Bauern in Hamma in der Stadt Heringen Grund-Stücke besitzen, auch die Fluhren der Stadt Heringen und des Dorfes Hamma über Rechts verwährte Zeit mit einander vermischt gewesen. Diesmittach, da der L. vnie ein Lex Specialis so auf die



Teutschen mores nicht quadirt, das Schwarzburgische Rescript von Forensibus extra territorium redet, in dem Recesse de Anno 1614 auch Klägers Vorfahren in dem iure Promis eos abgewiesen worden, nichts vor sich hat, so ihm als einen Einwohner des Dorffes Hamm aß Närher, Recht zu eignen könnte, mithin die Verwegenheit zu streiten, von sich nicht ablehnun kan. So ist wie im Urtheil enthalten von uns billig erkannt.

Cum vero his argumentis utique sat pregnantibus ad desistendum a lite non commoueretur actor, se vero potius hac sententia grauatum putaret appellatione interposita iura sua persequi nihilominus studebat. At vero emtor agri maxime vrgebat RECESSVM supra in rationibus decidendi allegatum, quo haec controuersa iura decisā. RECESSVS vero hoc pertinentia puncta sunt sequentibus verbis comprehensa.

Zu wissen: Demnach zwischen dem Rath und Bürgerschaft der Stadt Heringen an einem und dem Schultheiß, Vorsteher und Gemeinde des Dorffs Hamm an andern Theil sich bishero etl. Irrungen und Feld-Gebrechen enthalten, die auch zu etlichen Proceszen ausgeschlagen, und aber die Durchl. Hochgebohrne Fürstin und Frau aus bewegenden Ursachen in Gnaden befohlen, solche Streitigkeiten, wo möglich in Güte beyzulegen, auch beydersseits Partheyen nicht ungeneigt darzu



darzu gewesen. Als sind also vermittelst göttlicher
Assistenz und geschehener Interposition der Fürstl. Herin-
gischen Witthums Räthe und Beamten, sothans
Differenzen in Güte zu Grund auf unwiederruflichen
Vergleich und beygeleget worden.

1.) Weiln aber Selten des Raths und der
Gemeinde so viel beygebracht, und bescheinigt, daß
zwischen Ihnen und der Gemeinde zu Hamm eine
distincte Fluhi vorhanden, sondern weit über Rechts
verwehrte Zeit ein vermischtes Feld gewesen, so hat es
nochmals also sein Bewenden, und bleiben wie ieho
zwischen beiden Partheyen das Feld und Fluhr so
wohl disseits, als jenseits des Hammelbachs, wie auch
hinter und neben Hamm vermischt und behält der
Rath und Burgerschaft die Jagd nochmals darinnen,
wie sie dieselbe vor undenklichen Jahren hergebracht,
und biszhero umstreitig besessen haben. ac. re.

4.) Und weil die Gemeinde zu Hamm wieder
etliche Bell. Raths Personen und Bürger zu Heringen
hammisch schoßbar Land haben; unter den Schein ei-
ner eigenen Fluhr, Dienst und Contribution praetendi-
ret, auch allschon Beweß und Gegenbeweß, worinnen
aber die Bell. weder Dienst, noch Contribution denen
Hammischen gestanden, zumahl sie dieser wegen das
Ihrige zu Heringen praestiren müssen, so ist doch eben-
mähig solches von Grunde aus vergestallt verglichen,

daß solche praetendirte Ansprüche cassiret, und wie
 es vor langer und Rechtsverwährter Zeit gewesen, ein
 jeder Heringischer Bürger, seiner ieho habenden und
 nacher Hammer schößbahren Länderey hinführo ferner
 geruhig gelassen werden soll, wenn ins künftige aber
 Länderey von Hammie nacher Heringen verkauft wird,
 so nach Hammie schosset, sollen auch dahin von solcher
 Länderey alle onera, sie haben Mahmen wie sie wollen
 praestiret und gefolget, und wenn vice versa Länderey
 von Heringen nach Hammie verkauft werden, davon
 der Geschoß nach Heringen gebühret, so sollen auch
 von solcher Länderey alle Praestationes und onera dem
 selben bleiben und dahin geliefert werden. Altreichenz
 de an den Verkauff solcher von der Heringischen ieho
 besitzenden und noch schoßbahren Länderey, obwohl
 die Hammische Gemeinde denselben inständig begehrret,
 so ist doch deswegen bey deme, was, diffalls die He-
 ringischen Statuta Lib. 2. art. 20. melden, gelassen wor-
 den und haben sich beyde Theile in begebenden Fällen
 dersen zu gebrauchen n. ic. Und weil solcher gestalt auf vorgeschriebene maße
 beydersseits Partheyen aus einander gesetzt, so haben
 sie licet et causae und allen dahero entsprossen litigiis
 und Proceszen beständig und gerichtl. renunciret, auch
 alle etwa erregte praetensiones in puncto Contributio-
 nis, seruitii, onerum et expensarum hinc inde fallen
 lassen,

lassen, dagegen aber dieser jetzt aufgerichteten Transaction in allen Punkten und Clauses getreulichen und zu ewigen Zeiten, vor sich und ihrer Nachkommen nachzuleben einander versprochen und zugesagt. In diesen allen zu Uhrkunde haben Hochgedachte Thro. Hochfürstl. Durchl. diese Transaction mit dem Fürstl. Secret und eignen Handzeichen gnädig confirmiret und bekräftiget. So geschehen Heringen den 31. Aug. Anno 1654.

(L. S.)

M V T Clara,

factum inde est, vt in Summo Iudicio Prouocationum prioris sententiae confirmatio sequeretur hac sententia publicata.

In Appellations-Sachen derer Anwalde J. P. N. Appellant an einem, J. C. B. Appellant an dern Theile:

Erkennen von Gottes Gnaden Wir Xaverius Königl. Prinz in Polen und Litthauen, ic. Herzog zu Sachsen ic. der Chursächsen Administrator, in Vormundschaft Unsers Herrn Veters des Churfürstens Ebd. vor Recht:

Dat



Daß die eingewandte Appellation in ihren formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an Uns erwachsen, derer Materialien halben erscheinet aus denen Acten und derer Partheyen rechtl. Einbringen so viel, daß in erster Instanz wohl gesprochen und übel appellirt, derowegen diese Sache an vorigen Richter billig remittiret wird, immassen Wir sie hiermit dahin remitteren und weisen, es ist auch Appellant die Expensas tardati processus an 8. Rthl. 18. Gr. Appellaten zu erstatten schuldig. V. R. W.

(2.1)

T A N T V M.



PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
R E S P O N D E N T I
S. D. P.
P R A E S E S.

Hinter ea officia, quae a Doctore Auditoribus praestanda et arduum saepe, et haud raro etiam dulce est, Specimen suae Academicæ diligentiae praefituro, praesidis officio fungi. Arduum erit, si defensoris coniunctas partes habet, dulce si tantum moderatoris. **TU DOCTISSIME LANDSBERGERE** in eorum Respondentium numero es, quibus praesidis officium praestare magis voluptatis est, quam difficultatis. A quo enim tempore Vitebergensem Academiam cum Lipsiensi commutaueras, meaque studia elegeras, ex quibus proficeres, statim praeter reliquas animi dotes summam diligentiam in addiscendo iure et priuatim et priuatissime probasti, simulque mon-

E strasti,



strasti; TE non solam theoriam Iurium appetere, ve-
rum Practicam quoque partem Iurisprudentiae appre-
hendendam sumere. Et quoties egomet TVO delecta-
bar ingenio, cum, quae prius docendo proposueram, abs
TE recte percepta applicataque cernerem. Quapro-
pter, lubens voluntati TVAE parui, qui me in eden-
do TVAE industriae specimine voluisti comitem et
moderatorem eruditarum disceptationum instituenda-
rum. Laudes ergo et gloriam, quam TIBI iam pa-
raturus es, ex animo gratiolor, simul optans, ut Diui-
na Prudentia TE ad ea dedicat, quae TVA mere-
tur diligentia TVAque eruditio. Sicuti vero non du-
bito, hoc euenturum, quod opto, ita sane rogo, si
quando contingat, ut ad ampliores eueharis in patria
dignitates, mei memoriam apud TE intermori haud
patiaris. TV scis, quam valde amem, quos inter
meos diligentes deprehendi, scies ergo, si ita TIBI
placuerit, perpetuam meam fore amicitiam. Sequere
ergo in amicitia inchoata colenda Stoam, quae primam
habet virtutem animi constantiam. Vale, me vero
qua. Dabam Lissiae d. XVII. Iul. c. 12 CCLXVI.

Lipzg, Diss. 1766 A 6



TA-OC



Pr. 11. Raum. 25.

1766.20

B.I.G.

Black



14
DISSE^TRAT^O IVRIDICA

DE

VSV IVRIS INCOLATVS

ET

L. VNIC. C. NON LICERE HABITATORIBVS
METROCOMIAE LOCA SVA AD EXTRANEVM
TRANSFERRE

IN SAXONIA

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIQ

DIE XVII. IVL. ANNO CICICCLXVI.

IN AUDITORIO PETRINO

PVBLICE DEFENDET

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES FRIDERICVS LANDSBERGER

D R E S D E N s.

LIPSIAE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

